

## ***IULIUS FEMINAM PULCHRAM IN FORŌ TUSCULANŌ ASPICIT***

Iulius in forō Tusculanō est, sed solus non est, quod Davus Syrusque cum eō sunt. Nam in villā nulla mala et nulla pira sunt, ergō Iulius ea emere vult. Iulius Davum Syrumque emere centum mala et octoginta pira atque sacculum suum rursus portāre iubet.

Dum servi abeunt, Iulius in templum intrat. Nam in forō pulchra femina est neque is videri eam spectāre vult. Iulius enim feminam habet nec ea adest, ergō aliam feminam in forō aspicere potest. Itaque stat apud templi fenestram atque hāc feminam spectat. Iulius putat Aemiliam non tam pulchram esse quam eam feminam quam aspicit.

Femina ipsa autem Iulium videt et amicum suum vocat. Cum Iulius eum videt, sē occultat in templō. Feminae amicus templum intrat et virum, a quō amica sua spectatur, reperit. Iulius perterritus est, quod is magnus vir est. Iulius dicit: “Salve! Quid est?”. Alter respondet: “Illa femina tantum mea est!”, et pede Iulium pulsat. Iulius clamat: “O, meum crus! Iam sanum non est!”, et e templō exit.

Iulius adit servos suos, qui eum interrogant: “Iulī, cur male ambulat dominus noster?”, sed Iulius non respondet. Is autem sē vertit et feminam formosam rursus aspicit. Syrus parvā voce Davō dicit: “Dominus noster a feminis pulchris delectatur”. Et Davus: “Neque eārum amici a dominō nostrō delectantur!”.

*Ivan Finardi*